Quæstio Medica disput. Cardinali agitanda In Sch. med. die Iouis [illegible] april.

Clariss. Viro D. Ioanne hautin prudentiss. disceptatore.

Confertne Apoplexiæ febris Superueniens?

224

Sentiens anima in cerebro partium omnium frigidissimo et humidissimo tanquam in arce et propria sede residens ~~propria~~ varias sortita facultates ~~quas propriis~~ actionibus et muniis testatur, varia ipsis obeundis organa accomodat, ministro spiritu animali qui ex vitali (hic autem ex nullo) cerebri vi ingenita probe elaboratus ipsis sinibus copiosus insidens, ex quibus velut ex largis quibusdam fontibus per neruorum canales cum sensuum instrumentis tum musculis motoribus influens ubi cum iam insinuatus est, Alteriam speciem a partis natura acquirit, quas peculiaribus ei addicta est proinde; instituit: ea vero causa est singularum facultatum desit sum spiritus et inæqualitas, sic etiam facultates, quas ab illis omnes agendi vim accipiunt non parum inde sese dissident. In facultate duo spectantur, instrumentum naturæ, et sensus sunt vindex [illegible], sensuum qui in homine perfectissimi reperiuntur unus est internus pro diversitate actionum triplicibus appellatus nominibus sensus communis, phantasiæ seu imaginationis, et memoriæ.

Externi quinque, in eo conuenientes in perceptione sua atque in proprii obiecti perceptione (quod sit semper alicuius modi intendantur) non falluntur, tamen eius priuatione, suamque sensionem non cognoscant. hi sunt tactus, gustus (quibus nullum animal carere potest) odoratus, auditus, et aspectus omnium prestantissimus, et nobilissimus iudex nobis charissimus, et maxime probatus, nullis ad operandum speciebus indigens, talpas fortasse haud denegatus. Cuius proximum, et immediatum organum est pars ea oculi (quæ post est naturalis aquas, et [illegible]) quæ pupilla dicitur cuius εὐρύνς siue sit a natura, siue præter naturam visui semper noxia censetur, angustia vero contra naturalis quidem acutissimi visus occasio, post autem si contingat pessima creditur. in sensuum motusque voluntarii et aliis quibuslibet actionibus triplicem duntaxat noxam reperiri licet vel enim abolita, vel imbecilla, vel denique depravata actio existit.

Sensus omnis et motus animalisque functionis priuatio sola respirationis interdum seruata, interdum etiam interrupta dicitur apoplexia, quam correpti non solum ἄφωνοι, ἀκίνητοι, ἀναίσθητοι, sed etiam velut attoniti et graui fulminis ictu ~~[illegible]~~ perculsi vita functis simillimi conciderunt. Nascitur vel ἀπὸ τῶν ἐνεόντων aut quia spiritus animalis exitus repletis nimiorum cerebri ventriculis vel nimia pituita, vel nigri humoris, vel sanguinis abundantia; vel quia vitalis per carotidas interceptionem et obstructionem aditu ad cerebrum prohibetur, et hæc quidem est priore debilior: vel ἀπὸ τῶν ἔξωθεν illata, ictibus extrinsecus venientium nempe a diæta æthere, et tempore: familiaris est hoc vitium natura frigidis crebraque capitis grauitate, sopore, oculorum caligine laborantibus breui, et angusta collo [illegible], otiosis, intemperantibus, senibus (qui pueris rarius ægrotant) annum sexagesimum nondum egressis.

Apoplexia vero diuisa est in fortem et debilem prout maior est vel minor seruandi difficultas, illa seruari se prodens nullo pacto, hæc difficillime sanatur. ac remediorum in ea desperandorum sola febris acuta consolatur medicum spe curationis quas morbis omnibus a frigore spei vel cum humore crudo enatis uniuersim prodest. Utramque morbi causam nimiam humoris vitiosi copiam, et frigus depugnando inter reliqua præsidia præcipuum est venas sectio morbis magnis, iisque solis competens non modo plethoram et obstructionem, sed et cacochymiam adimens: primum basilicas, deinde cephalicas; deinde jugulares externas sectione, angusta tamen plaga moliri optimum; clysteres acres iniiciendi; cucurbitulas cum scarificatu prope jugulares admouendas, totum corpus paulo durius perfricandum, pituita non aggrauata valentibus catharticis (ratione sua purgantibus) vacuanda vel pilulis cocciis, et euphorbio, foetidis syrupo stæchados vel aquas saluias dissolutis: postea cerebrum in quo mali sedes cephalicis roborandum, sternutamenta initio morbi ac cucurbitas hipocondriis imponere, quo humores ad inferiores corporis partes attrahantur, pessimum esse censemus.

Reliquiæ morbi digerendæ partim sumptis vel confectione anacardina quæ calore vehementi etiam febrem excitat, aceto vero condito; partim capiti raso admotis oleis liliorum, ex spica, ex costo, atque etiam suffitu castorei aliisque, scilicet medicamentis quæ tamen tanta diligentia et prudentia adhiberi non possunt, quin inde sequatur paralysis cui superueniens conuulsionem vel huius febrem præstat, et contra permulti sunt attonito sensu affectus, ἐπιληψία, παιδικὸν πάθος, cui succedens apoplexia immedicabilis est, hoc est strangulatus, syncope, carus, catalepsis, a quibus omnibus distinguuntur vel ratione loci affecti, vel seruationis difficilis, quas apoplexia æque communis est, vel epilepsiæ conuulsio: qui affectus cum a crassa, tenaci et viscida materia plerumque oriuntur, non exiguam ab acuta febre exorta aut quas prius fuerat exacerbata curationem accipiunt, contra vero totius corporis perfrictio, stupor, et dyspnoea præruptus sudor mortem subesse indicant.

Confert igitur Apoplexiæ febris Superueniens.

Sustinebat Petrus Seguyn parisinus anno domini 1589.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE